

20^{ème} dimanche après la Pentecôte

2ème Classe



Ant. ad Introitum.

Dan. 3, 31, 29, 30 et 43.

Omnia, quæ fecísti nobis, Dómine, in vero iudício fecísti, quia peccávimus tibi et mandátis tuis non obœdívimus : sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multitúdinem misericórdiæ tuæ.

Ps. 118, 1. Beáti immaculáti in via : qui ámbulant in lege Dómini.

V/. Glória Patri.

Oratio.

Largíre, quæsumus, Dómine,

Introit.

Tout ce que tu nous as infligé, tout ce que tu nous as fait, tu l'as fait par un jugement de vérité, car nous avons péché et nous n'avons pas écouté tes commandements. Mais glorifie ton Nom et agis envers nous selon la multitude de tes miséricordes.

Ps. 118, 1. Heureux les hommes intègres dans leurs voies qui marchent suivant la loi du Seigneur. *V/. Gloire au Père.*

Collecte.

Laissez-vous fléchir, Seigneur, et

fidélibus tuis indulgéntiam placátus et pacem : ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérviant. Per Dóminum.

accordez à vos fidèles le pardon et la paix, afin qu'ils soient purifiés de toutes leurs fautes, et qu'ils vous servent avec un cœur rempli de confiance. Par le Christ N.-S. **Amen.**

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios. *5, 15-21.* Fratres : Vidéte, quómodo caute ambulétis : non quasi insipiéntes, sed ut sapiéntes, rediméntes tempus, quóniam dies mali sunt. Proptérea nolíte fieri imprudéntes, sed intellegéntes, quæ sit volúntas Dei. Et nolíte inebriári vino, in quo est luxúria : sed implémini Spíritu Sancto, loquéntes vobismetípsis in psalmis et hymnis et cánticis spirituálibus, cantántes et psalléntes in córdibus vestris Dómino : grátias ágéntes semper pro ómnibus, in nómine Dómini nostri Iesu Christi, Deo et Patri. Subiecti ínvicem in timóre Christi.

Lecture de la lettre du Bienheureux Apôtre Paul aux Éphésiens.

Mes frères : Prenez bien garde à votre conduite : ne vivez pas comme des fous, mais comme des sages. Tirez parti du temps présent, car nous traversons des jours mauvais. Ne soyez donc pas insensés, mais comprenez bien quelle est la volonté du Seigneur. Ne vous enivrez pas de vin, car il porte à l'inconduite ; soyez plutôt remplis de l'Esprit Saint. Dites entre vous des psaumes, des hymnes et des chants inspirés, chantez le Seigneur et célébrez-le de tout votre cœur. A tout moment et pour toutes choses, au nom de notre Seigneur Jésus Christ, rendez grâce à Dieu le Père. Par respect pour le Christ, soyez soumis les uns aux autres. **Deo gratias.**

Graduale. Ps. 144, 15-16.

Oculi ómnium in te sperant, Dómine : et tu das illis escam in témpore opportúno. **V/.** Aperis tu manum tuam : et imples omne ánimam benedictióne.

Graduel.

Les yeux sur toi, tous, ils espèrent : tu leur donnes la nourriture au temps voulu. **V/.** Tu ouvres ta main : tu rassasies avec bonté tout ce qui vit.

Allelúia, allelúia. *V/.Ps. 107, 2.*
Parátum cor meum, Deus, parátum
cor meum : cantábo, et psallam
tibi, glória mea. Allelúia.

Sequéntia sancti Evangélii
secúndum Ioánnem. *4, 46-53.*

In illo témpore : Erat quidam
régulus, cuius fílius infirmabátur
Caphárnaum. Hic cum audísset,
quia Iesus adveníret a Iudáea in
Galiláeam, ábiit ad eum, et rogábat
eum, ut descénderet et sanáret
fílium eius : incipiébat enim mori.
Dixit ergo Iesus ad eum : Nisi
signa et prodígia vidéritis, non
créditis. Dicit ad eum régulus :
Dómine, descénde, priúsqvam
moriátur fílius meus. Dicit ei
Iesus : Vade, fílius tuus vivit.
Credidit homo sermóni, quem dixit
ei Iesus, et ibat. Iam autem eo
descendénte, servi occurrérunt ei et
nuntiavérunt, dicétes, quia fílius
eius víveret. Interrogábat ergo
horam ab eis, in qua mélius
habúerit. Et dixerunt ei : Quia heri
hora séptima relíquit eum febris.
Cognóvit ergo pater, quia illa hora
erat, in qua dixit ei Iesus : Fílius
tuus vivit : et credidit ipse et
domus eius tota.

Alléluia, alleluia. *V/.Ps. 107, 2.*
Mon cœur est prêt, mon Dieu, mon
cœur est prêt : je veux chanter,
jouer des hymnes, ô ma gloire.
Alléluia.

Suite du Saint Evangile selon Jean.
En ce temps-là, il y avait un
fonctionnaire royal, dont le fils
était malade à Capharnaüm. Ayant
appris que Jésus arrivait de Judée
en Galilée, il alla le trouver ; il lui
demandait de descendre à
Capharnaüm pour guérir son fils
qui était mourant. Jésus lui dit :
« Si vous ne voyez pas de signes et
de prodiges, vous ne croirez donc
pas ! » Le fonctionnaire royal lui
dit : « Seigneur, descends, avant
que mon enfant ne meure ! » Jésus
lui répond : « Va, ton fils est
vivant. » L'homme crut à la parole
que Jésus lui avait dite et il partit.
Pendant qu'il descendait, ses
serviteurs arrivèrent à sa rencontre
et lui dirent que son enfant était
vivant. Il voulut savoir à quelle
heure il s'était trouvé mieux. Ils
lui dirent : « C'est hier, à la
septième heure, (au début de
l'après-midi), que la fièvre l'a
quitté. » Le père se rendit compte
que c'était justement l'heure où
Jésus lui avait dit : « Ton fils est
vivant. » Alors il crut, lui, ainsi
que tous les gens de sa maison.
Laus tibi, Christe.

Ant. ad Offertorium. Ps. 136, 1. Offertoire.

Super flúmina Babylónis illic Au bord des fleuves de Babylone
sédimus et flévimus : dum nous étions assis et nous pleurions,
recordarémur tui, Sion. nous souvenant de Sion.

Secreta.

Cælestem nobis præbeant hæc Nous vous en supplions, Seigneur,
mystéria, quæsumus, Dómine, faites que ces mystères nous soient
medicínam : et vítia nostri cordis un remède céleste et purifient
expúrgent. Per Dóminum. notre cœur de ses vices.

Ant. ad Communionem.

Ps. 118, 49-50. Meménto verbi tui servo tuo, Rappel-toi ta parole à ton
Dómine, in quo mihi spem dedísti : serviteur, celle dont tu fis mon
hæc me consoláta est in humilitáte espoir. Elle est ma consolation
mea. dans mon épreuve.

Postcommunio.

Ut sacris, Dómine, reddámur digni Afin que nous soyons rendus
munéribus : fac nos, quæsumus, dignes de participer à vos dons
tuis semper obœdire mandátis. Per sacrés, faites, nous vous en
Dóminum nostrum. supplions, Seigneur, que nous
obéissions toujours à vos
préceptes. Par le Christ N.-S.

Postcommunio.

Amen.

